

Magdalenus de num. testium part. 1. cap. 21. Tellus Ferdinande z in l. 3. Tauri 1. part. nu. 7. & 8. Tobias Norius in §. sed hæc quidem num. 4. instit. de testam. bene Pichardus in d. §. sed eum paulatim nu. 24. 25. & 26. Ossualdus vbi supra lit. C. Nigreir de confectioe testamēti lib. 3. cap. 9. n. 10. & 11.

28 Hodie tamen vbi testium copia nō est, tres testes sufficiunt in testamento nunciativo; vt ex l. 1. & 2. tit. 4. lib. 5. Recop. probant. Pichardus in d. §. sed hæc quidem n. 19. Méchaca lib. 3. §. 22. num. 20. & §. 24. n. 5. Flores de Mena d. q. 1. nu. 12. Antonius Gomez in l. 3. Tauri num. 46. Gomez de Leon d. decis. 55. nu. 1. Et quod

29 magis est, quod in dubio testium præsumitur penuria, nisi à contradicente testamentum probetur contrariū vt cum Bartolo, & Parisio concludit. Burgos de Paz in d. l. 3. 1. part. concl. 5. a. num. 822. quem sequitur Matienzus in d. l. 1. Gloss. 7. num. 2. Flores de Mena d. num. 12. qui limitant in locis numerosis, in quibus præsumptio est pro contradicente, & allegans penuriam tenetur probare.

30 Secundo idem ostenditur ex testamēto facto in car-

cere tyrannis in quo iuris solemnitas propter necessitatem, & inopiam relaxatur, & ita sufficiunt quinque testes non observato iuris communis tenore. Sic ex d. l. fin. C. de testament. Nicolaus de Martarellis ibidem, Baldus, Salicetus, & Iason, Decius conf. 274. nu. 1. Parisius conf. 46. nu. 24. lib. 3. Menchaca §. 24. nu. 2. Grasus d. q. 54. nu. 11. Mascardus d. conclus. 1358. num. 50. Guillelmus Benedictus in cap. Rainutius verbo testament. 1. num. 13. Salcedo ad Bernard. Diaz regul. 482. limit. 19. Scipion Rendine tit. de testam. nu. 6. Cabrerros de metu li. 2. cap. 20. num. 76.

31 Tertio ex testamēto apud infideles facto, quod duobus vel tribus testibus fieri valet, Baldus, Paulus, & Angelus in l. 2. C. qui testament. facer. pos. Romanus in leg. si non speciali, C. de testam. Iason in l. 1. C. de Summ. Trinit. in 1. lectura nu. 44. & in 2. num. 88. Mare. Antonius Peregrin. de fideicommissis, artic. 52. n. 109. Anton. Gomez in l. 3. Tauri num. 22.

32 Quarto ex testamento facto tēpore bellis, in quo propter tēporis angustiam testamentū minoritestiū numero cōfici posse certissimum est,

l. fin. ff. de milit. testam. vbi tradunt omnes Bartolus in l. 1. ff. de honor. possess. ex testam. milit. Hannibal, in l. nemo potest, ff. de legat. 1. n. 22. Guillelmus Benedictus in cap. Rainutius verbo testament. 1. n. 15. Méchaca d. §. 24. Grasus vbi supra d. quæst. 54. n. 10. Argel. de acquir. possess. quæst. 6. art. 9. n. 12. Alvarus Valascus consultat. 104. per totam.

33 Vnde venit, testamentum Militis duobus testibus validum fieri; quia in ipso dispensatur solemnitas, & quomodo cumq; voluntas eius probetur servanda est, l. 1. l. Divus, l. Lucius, ff. de milit. testam. vbi Glossa verbo probationibus notat communem probationem in testamento Militis fore necessaria, idest ad minus duorum testium, l. Milites, C. de testam. milit. Et ibi Glossa verbo sub ipso tempore, §. 2. instit. de milit. testam. vbi Pichardus nu. 5. l. 4. tit. 1. part. 6. vbi Gregorius gloss. 3. & 4. Corneus conf. 118. lib. 3. n. 7. Vevizanus cōf. 26. n. 6. Ioan. Mar. Riminaldis conf. 329. nu. 3. vol. 2. Guidon Papa decis. 543. Boerius decis. 228. num. 2. Ducñas regul. 314. limit. 1. Salcedo ad Bernard. Diaz regul. 482. limitat. 4. Iulius Clarus,

§. testament. q. 15. Mascard. conclus. 763. n. 12. & concl. 1358. nu. 44. Ayala de iure Belli li. 3. c. 7. n. 15. Ioan. Petrus Ferrara in praxi libel. quo petitur hereditas ex testam. n. 2. pag. 431. Cifuentes in l. 3. Tauri, 1. fallent. Molina de inst. & iur. tract. 2. disp. 129. n. 2. etiam si testes mulieres sint. Farinacius de testib. q. 59. n. 71. Valasc. vbi supra n. 18. Thusc. verbo testament. Militis concl. 119. Simon de Prætis de interpr. vlt. lib. 3. interpr. 2. dub. 1. Molfesius in summ. 2. part. trat. 13. cap. 2. n. 54. Bonacina tom. 2. disput. 3. q. 17. punct. 1. nu. 12. in fine, Diana part. 6. tract. 6. resol. 42. cum sequentibus. & resol. 45. vbi tractat an militaria testamenta valeant sine testibus.

34 Quod extenditur non solum ad Milites Terrestres, sed etiam ad Milites Navales. Eleganter Emanuel de Acofta in l. Gallus, §. & quid si tantum in 1. p. ff. de liberis, & posthu. n. 62. vbi sic ait, Planè Archigubernos Navarchos, & Triararchos iure militari posse dubitatio nō est, l. 1. §. item Navarchos, ff. de honor. poss. ex testam. milit. vbi Vlpian. omnes etiam nautas, & vigiles in clasibus militis esse scripsit, nec esse dubitandum, quin iure militari testari possint.

35 Menchaca d. §. 24. num. 14. Pichardus in Rubr. instit. de milit. testament. num. 23. quoniam Milites Navales in certiori periculo se se exponunt, ut in simili ait Baldus in l. cum oportet. C. de bonis que liberis in principio. Mare enim hominibus in manibus assimilatur, ut Baldus quoque ait in leg. 2. C. de nautico favore. Et ita testamentum factum in mari minore testium numero validam esse tenet Cepola de servitut. instit. de portus quem refert, & sequitur Cifuentes in l. 3. Tauri num. 17. sic quoque libeti sunt a solemnitatibus iuris communis, qui in trirremibus navigantes testantur, dummodo ratione belli in mari degant, d. l. 1. & unica ff. de honor. possess. ex testam. milit. Tellus Ferdinand. in l. 3. Tauri, 1. part. numer. 10. Alvarus Valaseus consultat. 182. num. 19.

37 Et quia ratione periculi, necessitatis, & angustiae loci, & temporis hoc privilegium concessum est, competit etiam paganis restantibus in loco hostili, ut pote eidem periculo expositis, leg. fin. ff. de milit. testament. Bartolus, & alij in dict. leg. 1. ff. de honor. possess. ex testament. milit. Menchaca d.

§. 24. num. 9. Ioannes Faber in tit. instit. de milit. testam. num. 5. Pichardus in Rubr. de milit. testam. num. 4. Grasus, §. Testamentum quest. 54. numer. 10. Molina de iustot. & iur. disput. 129. num. fin.

38 Quinto idem probatur ex testamento Peregrini, quod duobus testibus fieri valet. Angelus in Authent. omnes Peregrini per tex. um. ibi: Liberam habeant facultatem. C. communia de successione, & in Authent. de non alienando in §. quod autem collect. 2. Iason in leg. fin. C. de testamentis num. 9. Paulus in leg. nutritionibus, C. communia de success. Alexadet in leg. scriuarius, C. de testament. milit. col. 3. Aretinus in l. heredes palam num. 5. ff. de testamentis, Guillelmus Benedictus in cap. Rainutus verbo testament. 1. num. 16. Tobias Nonius in §. sed haec quidem instit. de testamentis num. 4. vers. decimo tertio. Boerius decis. 223. nu. 7. col. 4. Mascard. conclus. 1358. num. 48. Cifuentes in l. 3. Tauri num. 24. Gregorius Lopez in l. 4. tit. part. 6. Gloss. 5. & in l. 30. eod. tit. & part. Gloss. 2. Scipion Rendine tit. de testamentis num. 7. Menchaca dict. §. 24. numer. 4. ubi pro ratione tradit, quod privilegium libere testandi con-

concessum Militibus, quia inserviunt Reipublicae, non debet de negari ijs, qui Romanam vel compositellam petunt ob servitium, & obsequium Dei, qui altior Princeps est: ut in Authent. quomodo oporteat Episcop. §. 1. Et ita non sunt audiendi Glossa in dict. Authent. omnes Peregrini: & alij quos refert, & sequitur Tellus Fernandez in dict. l. 3. Tauri, 1. part. num. 9. vers. Contrarium vero, ubi hoc privilegium Peregrinis minime concedi tenet. Certius enim est praedicta ratione privilegium Militare concedendum Peregrinis esse, & quia miserabiles personae sunt plerumque, & saepe ex nationibus exteris, qui linguam Provinciae non intelligunt, & in rure vel exiguis oppidis decedere solent, unde etiam necessitatis causa, ut communis opinio procedere possit, considerari valet. Et si in peregrinatione decedat Peregrinus absque dubio admittenda est haec opinio. Nigreit. de consecr. testam. lib. 3. cap. 7. num. 4.

39 Sexto denique id probatur ex testamento facto tempore pestis, quod quia controversum est, latius hic ex-

ponitur. In hoc quidem dubio triplex est opinio Doctorum, multi dicunt, nullum privilegium habere testamentum tempore pestis factum, Castrensis, Fulgosius, Aretinus, Imiola in leg. fin. C. de testamentis ubi Iason num. 3. Cumanus in l. fin. ff. de testament. Milit. Aretinus in l. heredes palam, §. 1. de testam. Romanus in Authent. similiter species, 34. C. ad l. falcid. Lucas de Pen. in l. 1. C. de his qui in exiliu lib. 10. Et communem dicit Afflictis decis. 25. num. 2. Alexander cons. 77. num. 8. lib. 2. & cons. 70. num. 16. vol. 2. Corneus cons. 170. in fine vol. 3. Guillelmus Benedictus in cap. Rainutus verbo testament. num. 13. Maccus Antonius in §. fin. instit. de testam. num. 26. Magdalenus de num. testi. testam. req. cap. 11. ampl. 8. Et plures relati a Mascardus d. conclus. 1358. num. 22. & a Grassio, §. testamentum quest. 54. num. 5. Cifuentes in l. 3. Tauri num. 4. Et ibi Antonius Gomez num. 48. Tellus Fernandez ibi, 1. part. num. 6. 7. & 8. Cevallos commun. quest. 290. Thomas Sanchez cons. moral. lib. 4. cap. 1. dubio 6. Anneus Robertus lib. 2. rerum iudicarum cap. 10. ubi nec testibus probari posse

testamentum nuncupativum tempore pestis factum ex speciali statuto probatur, & decimum refert.

40 Ratione huius opinionis est, quod in iure nullum privilegium testamento facto tempore pestis conceditur. *l. fin. C. de testamentis*, quæ in rustico loquitur, & titulus, *ff. C. de Milit. testam.* qui privilegium Militibus concedit, sunt casus speciales; qui non sunt extendendi, *l. ius singulare, ff. de legibus*, maxime quia de iure communi etiam si casu vel necessitate non possit inveniri copia testium, non valet testamentum sine legitimo numero eorum *l. casus, C. de testam. l. conscriuntur, §. i. ff. de iure codicillorum*.

41 Alij dicunt, quod si pestis est magna, & contagiosa minori testium numero condici potest testamentum, si tamen pestis est modica contrarium tenendum sit. Ita Iason, *in d. l. fin. C. de testamentis* Rubeus *conf. 72. num. 3.* Parisius *conf. 32. vol. 2. numer. 3.* Boerius *decis. 218. nu. 11.* Ripa *de peste in Rubr. num. 11.*

42 Tertia est Doctorum opinio afferentium minori testium numero pestis tempore condi posse validum te-

stamentum. Sic Baldus, & Salicetus *in l. fin. num. 1. C. de testamentis* Bartolus *in l. unica, ff. de bonor. possess. ex testam. Milit.* ubi quod bonum esset de hoc legem promulgare. Decius *conf. 284. num. 5. in fine* Baldus *conf. 20. li. 5.* Barbacia *conf. 58. lib. 1.* Bertrandus *conf. 223. per totum vol. 2.* Parisius *conf. 32. vol. 2. num. 6. & conf. 33. num. 26.* Socinus Senior *conf. 85.* Socinus Iunior *conf. 129. num. 14. vol. 1.* Marzarius *conf. 81.* Nevizanus *conf. 26. num. 5.* Rolandus à Valle *conf. 81. vol. 1.* Purpuratus *conf. 82. num. 13.* Bimius *conf. 277. nu. 21. lib. 3.* Valençuela Velazquez *conf. 124. tom. 2. ex num. 13. cum seqq.* Decisum refert in Concilio Neapolitano Afflicti *dict. decis. 25. ubi Ursillus num. 8. & decis. 134.* Et secundum hanc partem fuisse quoque iudicatum testatur Boerius *decis. 218. num. 11.* Guidon Papa *decis. 543.* Puteus *decis. 372.* Thefaurus *decis. 180.* Gamma *decis. 81. à num. 1. & in num. 5.* tenet idem in testamento in heremo facto, & *decis. 210.* ubi Flores de Mena alios refert Ioan. Dilectus *de Arte testandi tit. 2. caut. 2. num. 2.* Mascard. *d. conclus. 1358. num. 18.* Iulius Clarus, *d. quest. 56. numer. 3.*

Gra-

Grasus *dict. quest. 54. nu. 5.* Tuschus verbo *testamentum conclus. 122.* Mencheca *li. 3. §. 22. num. 35.* Covarrubias *de testamentis in Rubr. part. 3. num. 21.* Antonius Gabriel *lib. 4. tit. de testament. conclus. 8.* Gaillius *lib. 2. observat. 118. num. 18.* Mynsingerius *cent. 1. observat. 96.* Ossualdus *ad Donellum lib. 6. cap. 9. lit. F.* Gothofredus *in l. casus C. de testamentis, liter. G.* Vuesemb. *ad tit. qui test. fac. poss. num. 10.* Marta *de success. legal. tom. 2. part. 4. quest. 1. art. 8. num. 21.* Et in digestis novissimis *tom. 5. tit. Testamentum cap. quando tempore* Polidorus Ripa *de actis in mortis articulo cap. 17. num. 24.* Azeved. *in l. 1. tit. 4. nu. 84. lib. 5.* Recop. Parladorus *different. 15. §. unico num. 1. & 2.* ubi comprobatur *ex l. 1. tit. 4. lib. 5. Recop. Molfesius in summa, 2. part. cap. 2. num. 136.* Bonacina *tom. 2. disput. 3. quest. 17. punct. 5. nu. 4.* Diana *part. 7. tract. 6. resol. 34.* Et multi alij, qui à prædictis Doctoribus citantur; ex quibus vni tres testes requirunt, alij duo sufficere inquirunt, ut Florianus *in l. militis, C. de testam. milit. quem secutus est* Portius *in §. final. instit. de testament.* Barbat. *in cap. cum esses col. 8. de testam* Guidon

Papa *d. decis. 543.* Boerius *ubi supra num. 11.* Gaillius *num. 18.* ubi quod ita iudicavit Camera Imperialis testatur. Et sic etiam iudicatum fuit in Hispalensi Senatu in multis testamentis factis anno 1649. tempore pestis acerrimæ, quæ totam ferè urbem devastavit, & minore testium numero condita secuta communi opinione valida declarata fuerunt.

43 Ratione huius opinionis est, quod pestis casus necessitatis, & angustia casus est; quia homines timore mortis fugiunt à loco ubi pestis viget; cuius timor iustissimus est Peguera *decis. 8. nu. 5.* Cabrereros *de metu lib. 1. cap. 8. nu. 42.* adeò quod dicitur tentare Deum, qui in loco pestis contendit habitare. Panormitanus *in cap. dilecti de dolo & contumacia* Ripa *de peste in princip. num. 8.* unde fuga à loco pestilenti remedium unicum est. Anneus Robertus *lib. 2. rer. iudicat. c. 10. fol. 429.* Francisc. Anton. Costa *conf. 83.* qua propter sicut aliàs videmus, quod propter testium inopiam numerus à lege remittitur, ut in rustico, & milite dictum est, sic pestis tempore ex identitate rationis

fo